

**IN MOLINAE VM,
PRO PONTIFICE MA-
XIMO, CARDINALIBVS,
Episcopis, totóque ordine sacro:
defensio.**

*Cum probatione sacrae Theologie Parisiensis facultatis,
& consultissimae Iuris canonici.*

*Authore Remundo Rufo Iurium doctoro
& in supremo Parisiorum senatu
aduocato.*

*anno imp. 1553. editio tertia. in folio, indebet
septendecim solidorum denariorum et quinque denariorum et
Cum priuilegio Regis.*



P A R I S I I S.

*Apud Poncetum le Preux, via Iacobea,
ad insigne Lupi.*

1553.

IN MOLINAE VM
PRO PONTIFICE MAX.
Cardinalibus, Episcopis, to-
tóque ordine sacro.

Min nuper Molinæus edidisset
commentationes suas in am-
plissimi Parisiorum senatus
consultum, quod contra Bene-
dictum decimum tertium Pō-
tificem, eiusque quæstores fa-
ctū est anno millesimo quadringentesimo decimo
sexto tertio idus Septembris, visus est illis suis scri-
ptis in Pōtifices Romanos cū inuehi vehementius
tum amplitudinem & dignitatem eorum non so-
lum ut infringeret, sed omnem omnino etiam ut
euerteret magno studio & animi ardore contendisse.
Erant nonnulli quidem antea ad istud aggredi
quibus plerique docti & laudati viri ita grauer
& copiose respondisse videbantur, ut nulla un-
quam post futura speraretur de his rebus contēcio.
Molinæus tamē illud ipsum pristinū certamē nūc
renouat, non illa quidem repetens quæ toties dicta
erant aut scripta ab alijs, quibus etiam toties sit

a.j.